

1. 2463.

Jo. ANDR. SCHMIDI TH. D. PP.

ABBATIS MARIÆVALLENSIS

CONSILIVM

quo omnibus protestantium ecclesiarum eruditis

**CENTVRIARVM
MAGDEBVRGENSIVM**

EMENDATIONEM, DEFENSIONEM.
ATQVE CONTINVATIONEM

de meliori nota commendat.



*Praemissa est historia de operis istius initio, progressa,
fatis, adversariis, naevis, elogiis, editionibus
& continuationibus.*



HELMSTADI

Impensis JO. MELCHIORIS SISTERMANNI,
ANNO MDCC.

Univ. Bibl.
München



Lterum jam seculum ad finem prope-
rat, quo post renatas meliores litteras doctri-
na qvoq; variis hucusq; commentis obscu-
rata, purior ac nitidior sensim atqve sensim
in lucem redire coepit. Vix illa caput erexe-
rat, & statim, ut mille sensit obstacula, poten-
te divini numinis manu tamen discussa, sic
multis obnoxia fuit, molliissime dicam, imputationibus, à qvib,
nec summi in Romana ecclesia viri, probe alias gnari, qvid di-
stent aera lupinis, se continere potuerunt. Nolo nunc istas,
aeterna oblivione dignissimas, in memoriam revocare, si
unam exceperis, qva religionem doctrinamq; nostram.
*Nostris
novitas
objeta.*
novitatis nota omnibus suspectam reddere fuerunt conati.
(a) Haec prima imo perpetua fuit eritq; imputatio, illis pra-
cipue usitata, qvi in ecclesia ejusq; historia semper sunt pueri.
Non alia fabula in ipsis christiani cultus incunabulis olim lu-
debat, qvando Christi cultores ethnicis dicebantur, inau-
ditos cultus terrarum in orbem trahere & ceremonias anti-
qvitus institutas novitatis suae superstitione contaminare.
Sic enim Asclepiades ille, cui aës triplex circa pectus fuisse
omnia alia indicant: (b)

Nunc dogma nobis christianum nascitur.

*Post evolutos mille demum consules
Ab urbe Roma: ut retexam Nestoras.*

Qvicquid novellum fingit, olim non fuit.

A

Vis

(a) *Vid. Math. Flacii praef. in Cat. Test. verit.* (b) *Apud Pres-
ident. Peristeph. hymn. 14. Vers. 405. seqq.*

(2)

*Vis summa rerum nosse? Pyram consule.
Ubi iste vester tunc erat summus Deus.
Divum favore cum puer mavorius.
Fundaret arcem septicollum Romulus?*

Declina-
ta praeci-
pue a cen-
turiatori-
bus.

Quamvis vero fidei christianaे doctores sano sensu se ali-
osq; sc̄tam novellam (a) appellari fuerint passi lubentes, officii
sui tamen memores, sive scriberent apoloгias pro christia-
nis, sive disceptationes susciperent cum gentilibus, sive fa-
stos ecclesiae conderent, nunq;am non eandem antiquissi-
mam esse ostenderunt. Eusebius certe, ut reliquos taceam,
sub initium operis sui id ex professo agit: (b) *Verum tamē si,*
inquit absq; controversia novelli simus & hoc novum certe christia-
norum nomen nuper omnibus innotuit: sc̄tam tamen rationemq;
vivendi non recens à nobis compositam, sed jam inde a primo (ut
sta dicam) conditū generis humani ex notionibus a natura insitis,
ab hominibus Deo acceptis institutam atque excultam fuisse, sic
demonstrare conabimur. Labore autem ipso exantlato tan-
dem concludit: *Proinde perfectam illam religionem, quae Chri-*
sti prædicatione nobis tradita est, non novam aut peregrinam, sed
si verum dicere oportet, primam, solam, veramq; esse liquido ap-
paret. Eandem viam ingressi doctores ecclesiārum nostra-
rum primi, novitatem emendationis, in doctrina hucusq;ve
corrupta moribusq; depravatis, à se alienam esse minime pu-
tarunt, licet data occasione vel etiam ex proposito antiquam
dogmatum puritatē ubi vis monstraverint. Testes in hac
re erunt Lucherus, Melanchthon communis ille Germaniae
magister, & qui hos longo ordine seqvuntur; nisi qvod o-
mnibus palmam præripuisse videntur centuriarum, à civi-
tate

(a) *Tertull. apol. c. 21. p. 35. c. 47. p. 53.* (b) *H. E. I. 4. tot. p. 14. seqq.*

(3)

tate Magdeburgō nomen trahentium, autores clarissimi. Fue-
runt hi ab inicio qvidem (a) *Matthias Flacius Illyricus, Jo.*
Wigandus, Mathaeus Judex & Basilius Faber, qvibus tan-
dem accesserunt *Andr. Corvinus & Thomas Holthüter.*

Omnibus istis eadem erat sententia, idem praefixus sco- *horum*
pus, perpetuum evincere consensum ecclesiae renascen- *scopus.*
tis cum illa apostolorum temporibus proxima. Id ipsa illo-
rum verba loquuntur in præfatione (b) in historiam eccl-
esiasticam, causas contexendae historiae & commemora-
tionem utilitatum & denique qvandam ipsius scriptioпis for-
mam atque rationem continente: *Est igitur, inquit, ad-*
modum dulce pio pectori in talis historia cognoscere, quod haec ipsa
doctrinae forma, quam nunc in ecclesiis nostris, ex ingenti Dei be-
neficio habemus, sit illa ipsa vetus, non nova, germana non adul-
terina, vera non commenticia. Hacc ad erigendam & susten-
dam fidem & consolationem in summis conscientiae luctis, pluri-
mum habent ponderis atque utilitatis. Dementant non raro bo-
nos & honestos viros, antiquitatis prætextu ceu fascino quodam
homines audaces & insoliti: qui praeter eum clamorem, quod nova
sint, quae ipsorum palato non sapient, vix syllabam norunt. *Est au-*
tem jure antiquitas veneratione digna, sed ejusmodi historia fucum
& præstigias talium impostorum detegit & piis judicii regulam
manifestat: imo decernit, quae doctrina cum sincera ac vera an-
tiquitate, imprimis vero cum fundamento prophetarum & aposto-
lorum congruat, quae discrepet. Posset ea res in exemplis liquido
& luculenter & veluti digito monstrari, sed ea in ipsa historiae le-
ctione sponte sese offendent.

Viderant autem viri illi, unum tanto labori non suffice-
re, verum plurium operas certa ratione esse jungendas, qvas
in academia aliqua, ubi & docti homines multi simul cohabi-

A 2

tant

(a) *Ut testantur singulae centuriae horum nomina præferentes.*

(b) *Quæ praemissa est centuriae primæ.*

(4)

tant & in exercitiis quotidianis versantur, sperari posse credebant. Cum vero hi negotiorum molam suissent causati & alias pauci essent, qui labores maximos gravissimosque subirent, & nihil vel parum inde praemii haberent, ad se devolutum suscepserunt laborem, sumtibus paucissimis & mediocri librorum copia.

Confilium In operis exordio illos statim sollicitos habuit ratio & deratione forma tractationis, quae non modo lucem historicae narratrationi afferre, sed etiam judicium in rebus intricatis, & memoriam earundem adjuvare solet. Contulisse eosdem ea de re cum viris eruditis farentur ipsis in narratione historica mox citanda, neque dubitare nos porro finit Franc. Balduinus ita scribens: (a) *Memini cum superioribus annis viri Magdeburgensis historia ecclesiasticae descriptionem suscepissent, meumq; consilium experienti, longiori me ad eos epistola, quid ea tota de re sentirem, exposuisse. Sed dicere quid factos sit opus, multo quam id facere est facilius.* Utinam integrum, ad quam provocat, epistolam exhibere possemus, cum in ea sine dubio, quemadmodum universa historiae cum jurisprudentia conjunctionem alias urgebat, cum historia ecclesiastica jus divinum esse conjungendum plenius docuerit. Visum interea illis est commodissimum, singula rerum factarum secula distribuere, eaque ratione quolibet libro centum annos, unde centurias appellamus, complecti; cum tot annorum cursus plerumque maxima in ecclesia mutationes acciderint. Reliquas vero res quindecim capitibus conati sunt comprehendere, tanquam certis classibus: tum ut res ipsae rectius enarrari possent, nec facile illis elaberetur quod ad rem aliquid videtur facere, tum ut in quolibet libro idem ordo & eadem ratio observaretur, quae non modo ad inquirendas res quascunque esset facilissima, sed & ad memoriarum imprimen-

(a) *De Institut. hist. universae lib. 2. p. 672.*

(5)

mendas, in eaque retinendas accommodatissima. Sunt autem ista capita haec: *de loco & propagatione ecclesiae; de persecutione & tranquillitate ejus poenitentia persecutorum; de doctrina ejusq; inclinatione; de haereticis; de ceremoniis diversis in locis; de gubernatione ecclesiae; de schismatis; de conciliis; de personis illustribus in ecclesia; de haereticis; de martyribus; de miraculis; de rebus iudaicis; de religionibus extra ecclesiam; de mutationibus politicis imperiorum.* Hisce omnibus unum est premissum, quod propositionem seu argumentum continet.

Ne vero societas illa scopo & methodo sibi propositis excideret, certos constituit laborantium ordines, certas quoque leges in una quavis classe observandas. Totam gubernationis rationem ipsa, invidorum, maledicorum & irriterum rumoribus immo & scriptis impulsâ, paulo plenius ^{tum ordinis.} nobis enarrat, hoc loco non tacendam. Totum opus, inquit, habet quosdam gubernatores, quinque numero: quibus haec cura incumbit, ut regant consilia, partiantur operas in colligendo & scribendo: corrigant tum delineationes primas seu rudiores rerum, tum ipsas etiam scriptiones: quaedam etiam pro rerum necessitate & ipsi contexunt, operarios conducunt & stipendiis alunt. Eleemosynas parvas seu spontanea sacrificia sane modica & tenuia (a) viro cuidam, honestissimo & integerrimo in eo collegio credunt: is habet accuratam acceptorum & expensorum rationem singulis anni quadrantibus, praesentibus etiam aliis gubernatoribus seu collegis, numerat stipendia operariis, ac subducitur ratio de singulis: idque ita sollicite, ut parati simus cuilibet postulanti, honestam exhibere ejus rei rationem, Aluimus A 3 autem

(a) *Ceu colligere licet ex M. Flacii. germ. relatione de quibusdam articulis, vita sua & adiaphoristarum imputationibus M. D. LIX. pag. 32. seq.*

autem hactenus operarios decem, estqve laborum ratio distributa in istos trcs ordines : Primum septem eruditis studiosi tantum collectioni , juxta normam methodi ex optimis authribus vacant, excerpentes qvae apiculae qvaedam industriae ex floribus variis, certo judicio, ordine & modo, ea qvae ad historiae partes facere videntur. Duo alii, reliquias aetate, doctrina, judicio praestantes, oblatam in materiarum sylvam juxta methodi regulam digerunt. Res digestas qvibusdam è collegio gubernatoribus exhibent: neqve ulla res gravis scribitur, nisi prius delineatione illa dijudicata. Ubi vero res atqve collocatio singulorum membrorum approbata fuerit, tum demum compositioni student. Compositum qvodlibet caput, rursum mox qvibusdam inspectribus exhibetur: qvi denuo limam, prout exigere necessitas videtur, adhibent. Praeter hos unus est, qvi tantum commoda manu, qvae hoc pacto sunt composita, mundius describit. Erant autem anno M. D. LVIII. gubernatores & operarii historici instituti seqq: *Ebelingus Aleman Consul: Martinus Copus medicinae Doctor: M. Jo. Wigandus pastor ad S. Huldericum: M. Mathaeus Judex minister verbi Dei ibidem: M. Basilius Faber: M. Pancratius Veldpock: Ambrosius Hidfeld: David Cicelerus: Casparus Leunculus: Wilhelmus Radensis: Nicolaus Beumullerus: Bernhardus Niger: Petrus Schroder: Conradus Agrinus.*

*gubernatores &c o-
perarii.*
*labor iste
calumniis
ab initio
petitur.*

Tanti conatus tam laboriosi atqve ecclesiae tam salutares (qvis qvae crediderit?) statim habuerunt irrisores imo & calumniatores, ut publice qvoqve se defendere necessum haberint viri Magdeburgici in narratione de ecclesiastica historia, qvae Magdeburgi contextur, contra Menium & scholasticorum Wittebergensium epistolam, à gubernatoribus & operariis ejus historiac. Magdeburgi M. D. LVIII. Idem pro se agere debebat Flacius, de quo adiaphoristae scribebant, eum aliquot millia ex pecunia illa, pro contexendis centuriis corrasa, interve-

tervertisse. (a) Non tamen desierunt academie Wittebergensis scholastici, viros illos durius paulo tractare, narrationi illi eodem anno opposentes responsionem, de qua qvid sperandum sit, vel sola monstrabit inscriptio, ita se habens: Collegio gubernatorum & operariorum ecclesiasticae historiae nervosioris & plenioris, qvae Magdeburgi contextur. *Quinque* gubernatoribus & inspectoribus communibus optimae fidei hominibus, operarum & rationum magistris, pecuniae & eleemosynarum divisoribus. *Inspectoribus* secundis, materiarum distributoribus, rerum judicibus, partium collocatoribus, limatoribus & emendantoribus ordinariis. *Duobus* magistris, aetate doctrina & reitudine judicij praefstantibus, rerum dijuctoribus tertiiis, narratoribus & historicis. *Septem* studiosis, doctrina & judicio mediocri praeditis, anatomicis historiarum, seculorum consideratoribus, sollicitis & curiosis excerptoribus, apiculis sedulis & industriis, methodicis atqve synopiticis centuriatoribus. Et *amanuensi* compositorum mundiori descriptori. *Coss.* medicis, theologis, magistris, scribis, ideae ecclesiae compertatoribus, universis & singulis, scholastici academie Wittebergensis. S. D.

Vides lector benevoli horum autorum industriam, curas imo infinita laborum fastidia, qvae devoranda illis ab initio fuerant. His tamen omnibus non deterriti, laborem semel suscepimus, prout qvidem ista tunc tempora permisere, continuarunt alacriter. Intra spatum enim *Centuriis* quindecim annorum Basileae in officina Oporiniana & Bri- *tredecim* llingeriana tredecim centuriæ in publicam prodiere lucem; *absoluti-* *tres priores* qvidem (b) mense februario anni M. D. LX. *tur.*

quar-

(a) Vide relationem ante citat. p. 31. seqq. (b) Ut exemplar, quod bibliotheca nostra academica possidet, indicat.

versio gallica.

germanica.

quarta mense martio ejusdem anni in urbe Magdeburgica ad
huc contextae: quinta partim in eadem urbe, partim in
academia Jenensi conscripta mense martio anni M. D. LXII.
sexta in exilio autorum mense martio M. D. LXIII: septima
(quemadmodum & reliquae) in Ducatu Megapolensium.
Principum ab autoribus elaborata mense martio M. D.
LXIII: octava in civitate Wismaria mense septembri
ejusdem anni: nona mense eodem sequentis anni: decima &
undecima mense eodem anni M. LXVII: duodecima in februario
M. D. LXIX. decima tercia Januario mense M. D. LXXIV.
Tres priores ante laudatae centuriae in quibusdam (a) exemplaribus
praeferunt annum M. D. LXII. & hac ratione iteratam
fuisse illarum editionem indicant. A viris enim piis
& eruditis magno statim applausu opus hoc ubivis fuisse
susceptum certifimus. In Galliis primo editionis tempore
quaedam fuerunt translati, licet multa & qvidem non po-
strema in hoc opere omissa pleraque etiam aliter locata do-
luerint & idcirco in voris habuerint, ut aliqui in Galliis to-
tum opus, sic uti scriptum, editum, totique ecclesiae Christi
donatum & exhibitum est, interpretarentur. (b) Translati-
onem germanicam, cuius curam semel suscepserant, à ne-
mine, ob plurimas & justissimas causas, sibi voluerunt ere-
ptam, aliis nationibus interea libertatem concedentes, in
suam lingvam eam historiam transferendi, ista tamen lege,
ut interpretes integrum historiam in suas lingvas translun-
dant, & bona fide omnia recitent. Aliquam autem illos
huic versioni impendisse operam, non duntaxat epistolae
MStae variorum ad Flacium, in publica bibliotheca Acad-
emiae JVLIÆ latentes testantur, sed & prima, quam vidi,
centuria sequentem praefert titulum: Kirchen historie,
darin

(a) Sagittar. Intr. H. E. p. 279. (b) monitum ad lectorum cen-
turiae VI. praemissum.

darinnen ordentlich und mit höchsten Fleiß beschrieben
werden die Geschichte der Kirchen Christi/ wo sie zu ei-
ner jeden Zeit gewesen/ wie sie Verfolgung oder Friede ge-
habt/ was sie für eine Lehre geführt/ was für Ketzer dar-
wieder getobet/ was vor Ceremonien darinnen gebraucht
sind worden/ wie man ein Regiment darinnen geführet/
was für Spaltung und Concilia sich darinnen zugetra-
gen/ was für treuliche Leute darinnen gelebet/ was für
Wunderwerke sich darinnen begeben/ was für Märty-
rer gemacht/ auch was neben Religion außer der Kirchen
gewesen/ und was für Aenderung in weltlichen Regiment
entstanden/ aus dem fürnehmsten Geschicht Büchern/
auch der Väter und andern Schriften durch etliche got-
fürchtige Männer zu Magdeburg: gedruckt zu Jena
anno M. D. LX. qui praefixus est secundo centuriae primae
libro. Dedicationes Wilhelmo Saxoniae duci & Joanni
Marchioni-Brandenburgico factae, Joannem Wigandum &
Matthaeum Judicem subscriptissime indicant. Versio satis est
accurata & juste expressa, styloque pro more illorum tem-
porum admodum eleganti conscripta.

Sub finem illius seculi Lucas Osiander vastum illud opus
in epitomien redegit, sed alia prorsus methodo, secundum
seriem scilicet temporum procedens & seqventium seculo. ^{epitome}
rum historiam eadem ratione deducens ad annum M. DC. ^{Osiandri.}
magni olim à B. Bosio aestimatam. Mansit nihil ominus operi
suum honos & debita commendatio, neque quicquam illi de-
rogatum fuit per epitomen, quae aliis saepe scriptis inte-
ritum minari, imò adferre solet. Utilitate potius, quam univer-
sis haec historia praestare potest, motus Basileensis academie
professor Ludovicus Lucius denuo eandem recensuit tribus vo. ^{Nova} e-
luminibus Basileae M. DC. XXIV. In hac editione laudare ^{ditio} Lu-
necessum habemus hujus viri diligentiam, quando testimo. ^{cii.}
nia scripturac sacrae, doctorum ecclesiae atque aliorum scri-
ptorum, peculiari charactere exprimi curavit magno le-
ctoris

ctoris commodo. Id tamen in ea desideramus, quod pleraeque epistolae dedicatoria, praefationes, aliaeque ad lectores admonitiones fuerint vel omissae vel mutilatae, ut cuivis ex collatione utriusque editionis facile patebit. Neutrum autem videtur suisse faciendum, cum, praeter salutaria de historiae hujus utilitate cogitata, plura alia in illis contineantur, quae tum ad hujus operis, tum controversiarum isto tempore agitatarum, pleniorum faciunt notitiam. Nec juverit dixisse, in illis à centuriatoribus aliquid datum affectui & anticipatae opinioni; siqvidem omne illud, qvicquid tandem fuerit, ex tota rerum actarum serie statim potuisse deprehendi. Taceo nunc *Jo. Gotl. Mollerum* Gedanensem peculiarem dissertationem promisisse, in qua & historicarum & dogmaticarum depravationum detectionem exhibere voluit, ejusque rei specimen jam dedisse in decade observat. miscell. n. 3. cum vel collatio utriusque editionis in novo opere rem omnem nobis sit demonstratura. Interea reliqvis hujus viri laboribus, in historiae recensione adhibitis, nihil qvicquam detractum volumus, sed ei potius seqventia tempora plurimas debere gratias lubentes profitemur.

adversarii centuriatorum Brunni quam gratum autem opus istud ecclesiis protestantium fuit, tam torvis contra oculis illud aspicerunt Romanae ecclesiae sectatores. Statim id nonnulli fuerunt aggressi, sed nec pari armorum genere, nec etiam felici semper successu. Inter primos forte numerandus est *Conradus Brunus*, qui centuriatorum praefationes præcipue examinandas sibi summis. Integer librititulus iste est: *Adversus novam historiam ecclesiasticam, quam Matthias Flacius & ejus collega Magdeburgici per centuriatas nuper ediderunt, ne quisquam illis malae fidei historias novis fidat, admonitio catholicæ, auctore Conrado Bruno celeberrimo juris perito & canonico Augustano, de cuius vita & scriptis libris quaedam initio adjiciuntur* M. D. LXV. Cui tamen seqenti anno, mense Junio, Flacius opposuit refutationem inven-

*Sicne Bruni contra centurias H. E. in qua simul rectrantur amplius 100. historica, maximeque momenti papistarum mendacia. Eisen-Norus quoque est *Guilielmus Esgengrein*, qui Ingolstadii grein. M. D. LXVI. edidit centenarios XV I. continentem descriptionem rerum memorabilium in ecclesia contra *Matthiam Flacium Illyricum*. Ludov. Jacobus à S. Carolo in bibliotheca pontificia (a) citat ejusdem librum de Romanis pontificibus adversus novam historiam *Magdeburgensem*, Monachii editum M. D. LXVIII. Similiter anno M. D. LXVI. *Alani Copi*, vel potius *Nicolai Alanus Harpsfeldi Angli* (b) Antwerpiae prodierunt dialogi VI. de *Copis*. *historia Magdeburgica contra summi pontificatus, monasticæ virtutis, sanctorum & sacrae imaginis oppugnatores & pleno martyres*. Petrus Canisius S. J. primus provincialis in Germania *Petr. Cytyres*. Petrus Canisius S. J. primus provincialis in Germania *Petr. Cytyres*. ab ipso Ignatio constitutus, scripsit *commentarium de verbi nisus. Dei corruptelis, adversus centuriatores Magdeburgenses*. Tom. II. quorum prior est *de Joanne Baptista præcurso Christi Domini* Dilingae M. D. LXXI. posterior *de SS. Maria Deipara libris V.* Ingolstadii M. D. LXXVII. conjunctim M. D. LXXXIII. Bel- Bellarmi- larminus in tomis controversiarum qvavis data occasione e- nus. osdem etiam refellit. Qvemadmodum & *Gilberti Genebrardi Genebrar- molimina in chronographia suæ posteriori parte nota sunt. De dus.* qvibus omnibus judicium Richardi Montacutii, rem omnem de his ju- optime tangentis, dabimus legendum: (a) *Quo circa, scribit dicta tanquam in communis periculo, clasico excitati quodam, concur- Monta- runt, summae suæ rei non aliter metuentes, quam si Annibal es- cutii, set ad portas aut Capitolium perfringeretur. Et velites nonnulli certe coeteriq; levis armaturæ milites ubi satis ceminus constituti hastam unam alteramve emiserant, nec illam amentatam, recepti statim**

(a) Lib. 2. p. 330. (b) B. Sagitt. Intr. H. E. p. 359. add. *Richard. Smithenus in elog. autorum præmisisis florum H. E. Anglorum libris. p. 8.* (c) exprefat, ad analecta exerec. eccl. statim

statim inter principia, locum subitariis tradidero. Carpunt profecto & arrodunt, vel adlambunt usi de Nilo raptim praetervecti canes, qui per partes & saltuatum de controversis hodie quaestionibus, unam alteram, prout tulit fors, aut fuit animus, delassandam ceperant & exagitandam. Ille vero, πολλῶν αὐλαγίων ἀλλών, — Belalminus nusquam has centurias oblatas omisit: invadit, impetrat, urget animosius: & ubique se componit ex adverso, quo successu felicitate adversarium. Sed & ille delibat, sfracit colligit, quod invadat, non insit operi natu' nida nec a carcere ad metas decurrit. Ille autem qui multo tumultu, magno strepitu & boatu descendisse professus est ex adverso adversarium, petulantissimum pecus Genebrardus syntagma suum nobis chronorapodicum eructavit, temere & festinato effutitum, de cloacis & fumicetis Rabbinorum, potius quam de myrothecis derivatum ecclesiasticis. Imo omnes illi, ipsa Roma judicante, impares huic oneri fuerunt deprehensi, hinc tandem Caesar Baronius per Philippum Nerium erat impellendus, ut ad historiam, quae centuris opponi posset, condendam accingeretur. Hic vero dum se parat, triginta annos insumisit, in exercitationibus, congregationi oratorii consuetis, ipsam ecclesiasticam historiam septies ordinem temporum repetitam XII. annualium tomis absolvit, & anno M. D. LXXXVIII. primum exscribi fecit, ut ipse scribit praefatione ad Pontificem Sextum quintum; licet palam centuriatoribus ipsis contradicere omni studio caverit, neque nisi generaliter haereticos & novatores eos nominaverit. Verebatur enim, ne curiosos excitarer eliceret que appetitum legendi libri, cuius lectio nunquam non periculosa sit, ceu scriptores ephemeridum gallicarum jubarunt. [a] Quantum autem iste, a scopo & legibus, quas ipse sibi praescripsit, ubi vis fere recesserit & id unum egerit, quomodo pontificiae visibilis monarchiae majestas stabiliatur, re-

liquis

(a) anno M. D C L X V . eph. XIII. pag. m. 117. seqq.

liquis vero propter illud tantum consideratis, notius est quam ut prolixus à me demonstrari debeat. [a] Loquuntur pro me tot Baroniani laboris adversarii in ecclesia Romana non exigi nominis, (b) & hos inter praecipue Natalis Alexander, nostros quoque interdum perstringens.

Inter alios, qui contra centuriatores calamum strinxerant, constat & fuisse Franciscum de Torres sive Turrianum, Legionensem, cuius in concilio Tridentino ista vox fuit: (c) *Turria-Satanam solitum transformare se in angelum coelestem, ad fideles in nus. fraudem pelliciendos: nunc v. sub calicis & sanguinis Christi involucro atque operimento hortari ad calicem venenatum populo propinandum.* Scripsit is libros V. adversus Magdeburgenses consuriatores pro canonibus apostolorum & pro epistolis decretalibus pontificum apostolicorum, Florentiae M. D. LXXII. & Coloniae M. D. LXXV. Iste opposuit David Blondellus Pseudocorn. Idiorum suum & Turrianum vapulantes. Neque nobis tacendum est Cornelius Schultingius, natus Steinwichii, SS. Theol. Lic. Colonensis, ac regens Bursae (ut vocant) Laurentianae in Ubiis, ibidemq; ad S. Andream canonicus, in theatro antiquitatum ecclesiasticarum, ex septem prioribus tomis annualium ecclesiasticorum Caes. Baronii ab incunabulis nascentis ecclesiae usq; ad aetatem Gregorii M. collecto, adjunctis singularibus scholiis adversus centurias Magdeburgensium & Calvinistas. Coloniae M. D CI. Cuilibet tomo praefixa est singularis dicatoria, in qua longa serie errores collectorum Magdeburgensium enarrantur & acerbissime traducuntur. Alios, quibus placuit scriptis suis censuras duriores inspergere, ut *Ant. Possevinum* in bibliotheca selecta, *Morerium* in dictionario & reliquos numero plures, hac vice lubens praetereo.

B 3

Sed

[a] Conf. B. Calixti apparat. theol. p. 186. seqq. [b] Vid. D N. D. Joh. Frid. Mayeri eclogani de fide Baronii ipsis pontificiis ambigua. (c) Petr. Svar. H. E. T. lib. 6. p. m. 904.

Sed discedentes ab his, qvibus ex ratione status sui ecclasiastici, aliter judicare datum non est, videamus qvid *protestantium ecclesiarum doctores* de centuris istis sentiant vel senserint olim. In eo certe convenient omnes, etiam qvi operis istius naevos indicarunt, verum esse typographi judicium, fronti totius historiae praecriptum: *hoc opere nullum aliud ab orbe condito, ejusdem quidem argumenti, reip. christianaē & utilius & magis necessarium, in lucem esse editum.* Bales (a) qvem Alanus Copus Magdeburgensem alterum idolum Baal appellat, magno illi ecclasiasticae historiæ operi simile, ab ipsis apostolorum temporib⁹ nullum extitisse (exceptis illis actibus apostolicis) non sine causa judicavit. *Fiacus Casanbonus* Regi Jacobo in memoriam revocaturus (b) primam ex omnibus Europæ nationibus Germaniam post literarum *malorum yeresias* & ad inquisitionem veritatis vexillum ausam proponere, & ad veram ecclesiae antiquitatem è tenebris eruendam exemplo suo praeivisse, seqventem in modum scribit: *Notas sunt tuae Majestati, quae dicuntur centuriae Magdeburgicae, à viris quibusdam doctis in eum maxime finem contextae, ut quae fuerit ecclesiae fides persingula secula, quae disciplinae forma exterior, quae mutationes illi acciderint, ob oculos hominibus ponerent. Etsi autem in partibus operis illius luculentissimi desiderari possint non pauca, —— summam tamen instituti laudabilem, & ecclesiae nostris temporibus apprime fuisse utilem, nemo alienarum vigiliarum iudex aequus negaverit.* Richardus Montacutius prolix sententiam suam in utramq; partem exposuit diversis in locis. (c) Degorus Whear in relectionibus historicis (b) excerpta dedit ex praeformatione ad apparatum, dabo ego similia ex discursu præliminari ad analæcta: *Post tabulas & delineationes chronologicas saecu-*

(a) In praefat. suæ cent. 14. (b) In epistola dedicatoria exercit. de rebus sacris & ecclasiasticis. (c) In praefat. ad apparat & analæcta exercit. ecclasiast. (d) Sebt. XLII I. p. 261. seq.

*sæculorum ab apostolis decurrentium in quibus, leviore, at non inutili opera, lineamentorum quaedam adumbratio, non tō σύμπα, vel tō σύνολον, repreäsentabatur: Post nonnullas hinc inde, prout rulerait occasio, per partes decerpitus racemationes, inventi sunt tandem qui rem ag gressi serio, plenisimam vindemiam accumulabant, Centuriatores, qui vocantur, Magdeburgici. Facinus pulcherri-
mum, opus arduum, Herculeam plane molitionem aggredi, & dispersis & vagè varieq; disjectis ruderibus antiquitatis collisæ & perturbatae aedificium nobis ingens, usū eximium construxerunt. Certe quidem illa methodus, ordo ille, illa rerum series, & tempo-
rum dispositio, qua per singulas aetates & centurias proponuntur repreäsentata exhibetis fidei, περὶ τῆς discipline, mores & affectus, progressus & incrementa, labores etiam atq; naevi, haereses practerea & errores, viri fama eruditio[n]is & sanctitatis celebres & laudatae, jucunda quadam luce illustrant & perfundunt non ipsas solum res repreäsentandas, sed vitam illam historiae cuiuscunq; veritatem commendant ubiq; relucentem, & legentium mentes animosq; blan-
disse insinuando alliciunt. Fundamentum imprimis statuunt, super lapidem illum angularem pretiosum, ab illo structorum ar-
chitectonicorato, dedolatum, positum & fundatum in sacrosanctis illis quatuor evangelis: ab apostolis excultum & perpolitum:
quem & scriptae epistolæ ad ecclesiæ, & actus contexti de ecclæ-
siis ad aeternitatem omnem propagarunt. Hinc jam vecti in aper-
tum pelagus, disciplinae formam exteriorem; fidei normam ecclæ-
siasticæ & tenorem; mutationes in moribus & ἀναρχοφύ[η] haere-
ticorum fraudes, impietates, imposturas: adversariis evan-
gelistis militum Jesu Christi αὐθαγαθημata, & pancratiastrarum collu-
stiones, in partibus operis luculentissimi exhibent, exponunt ὑδα-
gatores diligentissimi, enarratores expediti. Atq; ista quidem un-
decunq; corrasa, & convasata simul in unum contulerunt, de scri-
ptis patrum apologeticis & eristicis: de operibus illorum diegemati-
cis & explanationibus credendorum: de sermonibus panegyricis &
homiliis: de actis ante a'ia synodalibus & epistolis scriptis de di-
versis rebus: historia ad extremum, quae de clade superiorum no-
bis*

bis temporum superfuerant; laetam & instructissimam suppelle-
ctilem. Utilissimum nibilominus existisse hoc, virorum, oppido
laboriosissimorum exercituum, & opus quidem omni laude dignum,
constat, cum veteris reipub, christiana effigiem representet, mores
exprimat, fidem enunciet: cum successiones per ecclesiam: do-
ctrinae progressum doceat, & credendorum ad salutem. Quae &
alia cum στοεγδιν κειδηα velut antiquitatis rudera Absyrti
quaedam membra aut Διοστραμα & disjecta frangerentur, sub
uno & eodem aspectu, recollecta posuerunt. Est hoc profecto cum
laude dignum, tum vel maxime conjunctum cum utilitate communi.
Nam quae prius per anfractus nefcio quos, per circuiciones infini-
tas erant consecranda: quae olim per macandros & diverticula
magno conatu fuerant, & non raro irrito odoranda, ea jam dispo-
sita υφ' εν locis suis certis & determinatis, luce quadam ordinis
commendata, cuiuscumq; demum industriae vel mediocri observa-
bantur. Frid. Spanheimius, illustre inter historiae sacrae pro-
fessores nomen, eo qvo solet candore de illis asserit: (a) Id
certe de eo (praeclaro centuriarum opere) dici debet, bibli-
othecam esse totius christianae antiquitatis, si non pari ubique delectu
vel authorum vel materiarum, incredibili tamen cum studio, fide
optima, methodo utilisima, congregam, cui adeo Baronianum o-
pus opponi tandem oportuit. Essent & aliorum elogia ad manu-
sus, nisi jam allata id omne expressissent pluribus, qvod
passim depraedicatum legimus.

Spanhe-
minus.ejudem
naevi in-

Sturmio

Qvamvis autem laude sua dignissimum putaverint hoc
opus autores ante laudati, minime tamen sine macula au-
dicari à naevi habitum illis fuit. Diversa iterum circa hoc caput ob-
servamus monita, prout scriptorum vel genius vel studia fe-
rebant. Jo. Sturmius, postquam qvatuor in illo de praedi-
casset virtutes, veritatem diligentiam, ordinem, perspicuitatem,

subji-

[a] Intr. Maj. in H. E. p. 116.

subjicit, qvās cum historicus affectus est, nihil video, qvod ei de-
esse posse: si accedat sermonis latini puritas & conveniens historiae
oratio. Conjectura fuit B. Sagittarii (a) his verbis eundem
tacite tangere, qvod rarius adhibuerint historicum dicendi
genus, invicem apte cohaerens, sed in suos qvās commu-
nes locos philosophico prope more omnia retulerint. Huic
tamen censurae merito reponit, propositum hujus collegii
vix aliam admisisse methodum, cum præsertim animus es-
set pleraq; ipsissimis scriptorum, unde sua hauserant, dictis
exprimere. Causa bonis desideria sua ad duo refert capita: Causa-
bonis
desiderari possunt, inquit, non pauca vel propter τὴν ἀμετπίαν
τῆς ἀνθρώπης semper ἀνιμēcam voritatē, ut jam olim quereba-
tur Basilius: Vel quia unus e primariis illis incepti anchoribas,
magnae potius, quam bonae apud viros pios fuit famae. Majori ni-
su Montacutius sua urget & exaggerat locis supra citatis: Sed
est, quod nullo modo vel possumus vel debemus excusare, qvod mor-
bo illo correpti, qvo de nunc agimus, epidemio, suis affectibus per
centurias majorem in modum solent indulgere, & tanquam adver-
sarii vel advocati, laudare, lancinare, pugnare, oppugnare, vitio
vertere vel commendare, quoties obtulerit se occasio, tanquam pa-
tronii processuri ad clientes defendendum, potius quam producti ob-
signatores & citati testes, qui nudam respondeant veritatem. Cer-
tum est historiam non ulterius progredi, quam ut præsentia doceat
& praeterita: nihil tollit, demit nihil: non addendo, mutando, mol-
liendo, qvovis modo interpolando, rerum seriem perturbat & nar-
rationem. Et hoc in illis centuriis non excusamus. Est illud in
secundis intolerandum, qvod nudi rerum narratores qui debeant
esse, ac velut notarii, & amanuenses à commentariis primi-
tivae ecclesiae: aut saltē viatores & accensi, qui patribus
antiquis illis angustissimis catholicæ ecclesiae dictatoribus fasceis
preferant, antecedant, populum summoveant: de via
fecedere, assurgere, submittere admoneant: illi ipsi, qvās re-
rum

C

(a) I. c. pag. 274.

ram vicibus commutatis, & recto illo ordine naturali transverso & civili, majorum gentium hos patricios, vel senones potius capite, dejicant immunitos, obnuntient certe & intercedant, censorio iudicio, atque animadversione notent. Indignum est, cum quod ponitur in confessio, usu fuisse in medio positum, communis hominum more & sermone usitatum fruitione retentum aliquandiu, immo longa quadam temporum successione confirmatum loco suo motum & statione in ordinem redigatur quasi? atque illud, quod post regulam caelitus demissam adhiberi ante omnia debuit; ad quod alia metayer e sepa erant exigenda, hoc est, traditio vetustissima catholica ecclesia ad opiniones aliorum sequiores, incertas instabiles & vagantes, examinandum traducatur. Hoc sane per centurias observaverimus, vetustissimas ecclesiae traditiones: τοιχίας majorum universales: patrum sententias & opiniones: episcoporum solemnia consulta & farriones: mores, fidem, disciplinam, velut calculos mensariorum putatorios, ad libitum & voluntatem trapezitae, vim suam obtinere, & valorem. Scio unum de primariis illius incepiti operis & absoluti authoribus, virum certe industriae prodigiosae, librorum immanem quendam belluonem & bibliothecarum omnium περιφορήν, furiosum tamen theologum Flacium Illyricum, novarum quarundam & monstrorum opinionum extitisse adinventorem. Sed τοιχίας επος οὐδὲ illud, ut volunt viri valde eruditii. Illius viri bona mala fama, magna minima existimatio, nihil ad inimicitias illas spectant susceptas cum veritate: nam prodigiosa illius viri fatuitates, sunt, ne ignoremus, centuriatis illius laboribus posteriores. Sed erat fatalis illorum temporum forte aucta ad ea qua & hodie quoque obtinet apud rigidiores, ut tum pretendant scripturarum autoptisias aut orationis & supremum dominatum (quod quidem verum est & nullo modo inficiandum) suas ipsorum αβελτηπλας, ληποδιας, rationes certe & interpretationes, scita atq; opiniones, nugas non raro phantasias, & deliria, specioso titulo scripturarum, & verbi divini quasi mormolycæo, proscribere presumant & obtrudere. Hinc factum, ut lesbia quædam

dam regula & planè plumbea substituatur; loco illius canonicis θεοτευχες, & ad fidei etiam δόξας controversias discernandas adhibeatur. Peccati hoc fatendum est, centuriatores. Sugillant ecclesiastis objurgant patres, doctrinam aliquando, disciplinam saepe vel receperissimam τιγματίσγοι, eo quod non consentiant cum ipsorum planitis, qua per opinionis errorem sibi prius ipsi absq; Dei verbo confingebant. Non equidem abnuerim, naevos interdum & labeculas: reduviæ aliquando & sepedonas contrectant quorundam antiquorum diamalagmate molliunt, vel adhibito canteorio adurunt. Sed tamen fatendum est illos ipsos, aurum vel obrizum velut παρακομητα, aut numisma quoddam κιβωτού τυτον, ab officinis relegare ex cambiatoriis, donec non illud examinant ad aurificis stataram, sed vulgarem trutinam; hoc est partitum studia & errores. Flacii mentionem quando facit episcopus videtur Cassabonum sugillare, qui supra naevorum causam ad Flacium referebat, cum potius temporum illorum moribus eadem tributam velit. Ceterum, praeter quam quod & ab ipso præsule affectae & anticipatae opinioni aliquid datum videamus, institutum centuriatorum in iudicio suo observavit minime.

Verum hos aliosque naevos alii vel illis condonarunt vel excusarunt, imo ipsi moniti meliora promiserunt. Montautio quamvis quædam videantur intoleranda, nihil omnino in aliis eis excusatos vult. Si quid operi instituto de perfectione defuit, vel destinata vel etiam debita ex aequo & bono merentur illi excusari, tum quod primi rem aggressi sint non libatam aliis, non salutatam: tum quod secundas curas non adhibuerint, quibus id quod enucleate minus propositum fuerat ab initio, limatus deinceps solet exacnari & majori diligentia perpoliri. Gerh. Jo. Vossius, in his literis versatissimus, (a) G. J. Voss non minus judicat aliquid esse illis condonandum: Præf. clarum est opus: sed est ubi aliquid ab centuriatoribus illis datum affectae & anticipatae opinioni: homines enim erant. Est ubi ha-

(a) Epist. CCCXCVII, ad Jo. Rud. Wetsteinum p. 403.

manitus error obrepserit, praecipue iſtis, quae dies poſtea docuit, ut à scriptoribus antiquis, qui tum temporis nondum viderant lucem: vel ubi doctissimi homines in scriptoribus cum ante editis locum esse corruptum obſervarint. Imo ipſi collectores operis difficultatem agnoscentes, modeſte de ſuis laboribus ſentunt aliorumq; monita libenter audire voluerunt. Clare affir-
mamus, ſcribunt in praefatione, & ex animo, id qvod reſ eſt: noſ potius delineationem historiae ecclesiasticae qualemcumq; tentaſe, quam integrum & omnibus numeris absolutam ſcriptionem. Occaſionem insuper aliis praebere voluimus, qui perfectius & melius quidam gignere vel volent vel poterunt. Si quid autem ecclesiae Dei profuturi ſumus noſtro labore ſane non exiguo, uti ſperamus, roga-
mus superciliosos omnes ne id iniquo ferant animo. Et ſub finem ejusdem: *Qvod ad centurias modo à nobis editas attinet, roga-
mus omnes prudentes & pios viros, ut ubi legerint, nos a-
perte & ingenue moneant, de iis que ſunt neceſſaria, vel ut inſer-
rantur vel ut emendentur. Nam quis in opere tam vario & ubi ſemitam ab aliis tritam non habuimus, tam eſt hincens, ut potue-
rit omnia recte obſervare?* Erimus autem pro collationibus grati. Interea tamen & hoc rogamus, ut nobis ipſis haec historia corri-
genda publice relinqvatur.

Salvis tamen aliorum omnium iudiciis non mihi dun-
taxat, ſed aliis qvoq; eadem fuit mens cum Hottingero [a] ali medi- opus hoc non ex naeviſ, qui à nonnullis jam ſunt obſervati, quam in-
rati ſunt expugnabili acſimari debere labore & inaudito antea conatu. Qva-
continua- propter nunq; etiam defuere viri pii & eruditii, vel illius itera-
tionem &
emenda- tionem & reliqvis. Conſcripſiſſe quidem dicitur Wigandus cen-
turiis XIV. XV. & XVI. in aliquoſ tomoſ diſtinctas, teſte Mel-
chiore Adamo (b) atq; poſtea ex hiſ XIV. tam in bibliotheca
Wigan- dui.

Andr.

(a) in biblioth. quadripart. lib. 3. c. 34. 406. (b) in vita Wigandii p. 620.

Andr. Corvini extitifſ; (a) ſed qvo illae fuerint traſlatae & quae forte fata habuerint, hucusq; investigare non potui. Se-
quentibus igitur temporibus alii ex re ecclieſae noſtræ eſſe putaverunt, ſi laborem hunc in ſe fuſciperent. Primus forte eſt Andreas Stangevvaldus Borniſſus, de qvo audivimus, (b) Stange-
eum centuriarum continuationem in animo habuiffle. Is vvaldus quippe totus in eo fuſt, ut historiam publicorum conven-
tuum, de religione controverſa inter protestantes & ponti-
ficios, ſeptem tomis diſtributam in luce ecclieſae exponeſet; atq; ſine dubio hac ratione de iſta qvoq; cogitavit. Titu-
lus operis, qvem in synopſi historiæ exhibuit, eſt iſte: *Hi-
ſtoria eſt actuarum, quae de religione controverſa, de articulis A.
C. & de pace religione, deq; exercitio ad fidem dogmatum com-
ponenda: in publicis imperii & ſtatuum conventibus, colloquiis,
diſputationibus, legationibus, ſcriptis: inter pontificios & refor-
matos religionis ſtatus: per Germaniam in primis: unde ab initio
repurgatae noviſimo hoc mundi tempore religionis, usq; huic, va-
rie utring; ſunt agitata.* Inserta & pontificum R., imperatorum,
regum, principum &c. reſcripta, diploma, bulle, edita &c. ad-
veſia reformatam religionem: & ad hac ſtatum reformatæ re-
ligionis reffonſa &c. Magno conatu eundem ursiſſe propositum ſuum teſtantur itinera, collationes cum viris doctis in-
ſtitutæ & Mart. Chemnitii ac qvorundam collegarum ejus in
ecclesia Brunsvicensi teſtimoniū atq; censura de historia
publicorum conventuum aliisq; ſacris lucubrationibus illius
viri laudati. M D LXXXIV. Utinam opus hoc, eo
qvo ſuit delineatum modo, publicae luci fuſſet donatum!
non ego nunc haberem neceſſum in edendis tomis collo-
qviōrum, à prima ſtatiſ reformatione ad haec uſque tem-
pora religionis cauſa institutorum, iſta hinc inde magna-
cum diſſicultate conqyirere & tantum non emendicare.

C 3.

Proxi-

(a) Vid. Calov. de Meth. ſtud. theol. pag. 289. (b) Vid. Thomi
Crenius T. VI. animadvers. p. 72, ſeq.


Lud. Lu-
cius.

G. J. Vos-
sius.

(22) Proximus ab isto fuit Ludovicus Lucius, supra nobis laudatus, qui post editionem novam reliquias addere voluit centurias, ceu refert Wetstenius, (a) Vossio indicans, eundem, reliquias centurias addere constituisse, sed ad hoc, quae ex Antonini tertia parte haberi potuerint, excerpta illi tradidisse. Idem narraverat Lucio, etiam Vossio animi fuisse, cum notis easdem emittere sed curam istam certis de causis tandem deposuisse. Hortatu illius ergo ad hunc de instituto isto scripsit, & ejus de hac re consilium expertiit. Nam seculum XIV. scribit in quo desierunt centuriatores, adeo jejunum à nobis deprehensum est, ut post Occam vix secundum inveniamus, ex quo quae ecclesiasticae doctrinam concernunt excerptamus. Novimus IV. tunc esse ea tempora: verum cum ne in ipsa quidem Anglia, quidquam super de illo, sive indagare, sive corrosare, quiverim; quid deinceps speramus incertum est. Quid si CL. Vir, ruris aliquas notas, in dictis illas centurias aut concinnas habeat, aut concinnare vellat; equidem non solum rem praestares omnibus historiae ecclesiasticae studiis gratissimam; quippe qui norunt, quantum tibi, tum in theologia, tum historia universa res publica christiana ac litteraria, tuo merito deferat: Sed & si illasdem ad nos permittere tibi videretur, omnino daturi essemus operam, ut appendicis in modum fideliter praecedentibus tomis annexerentur. Quid hisce responderet Vossius, loquitur illius epistola responsi loco Wetstenio data: (b) Evidem nihil magis exceptem, quam ut centurias Magdeburgenses edere possem, cum brevibus nostris notis. Subjecto dein iudicio supra jam adducto, pergit: Plane spissum hoc ecclesiasticae historiae negotium est, multis vel tenebricosum, vel spinis obscurum; saepe in rebus meis afflictis scribere volui me provinciam hanc suscepturum quam deposcerer, sed semper resiliui cum videarem, eam rerum mearum faciem, ut nihil promittere auderem.

Juve-

(a) Epist. ad Voss. CCLXXVIII. p. 203. (b) Loc. supra citat. p. 403.



(23)

Juvenes esse è veritas magni illius Stagyritae est effatum. Sed sencionis mihi idem hactenus fuit animus. Verum tot intercurrentibus adversis, nihil audeo polliceri. Quamobrem nihil aequum ex opto, quam ut alius minus negotiis disfensus, viribus etiam animi corporis florentior, hoc suscipiat negotium. Is esto, qui hoc sacram diu jam voluit, vir clarus Ludovicus Lucius: quem ex scriptis jam ante vicinos novi annos.

Ante hos triginta annos B. Caspar Sagittarius historicus Saxonius, collega olim meus in academia Salana coniunctissimus, centuriarum continuationem qvorundam hortatu meditatus fiperat, atque eum in finem suum de hac re institutus est. In primis tamen auctoritate judicis, in chartam conjecterat. Totum negotium, adjecto specie line centuriae XIV. qvoad certa capita, commendaverat aliquibus, penes quos omnino suisset currenti addere stimulos. Verum ista sunt eruditorum fata, ut virorum juvenum conatus spernantur, & iis, qui vel muneribus gravioribus sunt distracti vel alterum pedem in tumulo jam habent, talia imponantur, quae praestare non possunt, magno saepe reiliteriae detimento. Baronius in præfatione ad lectorem fatetur, se pene imberbem fuisse, cum opus exordiretur, postea undiq; canis adspersum haec scribere. Si B. Sagittario aliquis ad suis let monitor promotorq; illo tempore, quo ferebatur in hos labores, projecto felices fecisset progressus. Vir enim erat ignei ingenii, qui à susceppto opere prius non destitit, quam ad finem fuerat perductum; & praeterea tanta ab illo momento scripsit atque elaboravit, quanta ab uno homine, variis aliis negotiis impedito, provenire posse multis vix videbitur credibile. Ne tamen pereant viri hujus cogitationes, non pigrabor easdem integras, prout qvondam mihi, in communibus studiis versanti, communicaverat, hoc loco exhibere.

CON-

CONSILIVM

de continuatione centuriarum Magdebur-
gensium, salvis meliorum judiciis,
rite instituenda.

I.

Qvia opus ingens est & difficile, ante omnia Deus toto pectore invocandus est, ut gratia sua & sancta benedictione adesse dignetur. Dein ab autore vel autoribus pro operis totius scopo constituenda est Dei gloria, ecclesiae ejus aedicatio, solidae eruditionis propagatio, studiosae juventutis commodum, non vanus honor aut privatum lucrum, aliudve humanum emolumentum.

2. Qvandoqvidem historico potissimum esse debet veritatis studium, illud etiam in centuriarum continuatione regnet, oportet. Adeoqve nec pontificiis nec aliis qvicquam affingere, nec dubia pro certis venditare, nec testimonia mutilata proferre, nec alieni qvicqvam attexere, aut id genus alia committere, fas fuerit.

3. Neqve vero adversariis ad blandiri necessum erit, sed, sic ubi è scriptis genuinis & certis, supposititia aut dubia reddere satagunt.

4. Quemadmodum scripta supposititia pro genuinis deliberato venditare non licet, ita nec concedendum est adversariis, sic ubi è scriptis genuinis & certis, supposititia aut dubia reddere satagunt.

5. Si adversariis hoc vel illo scripto veteri adversum nos uti placet, ferre etiam debent, qvando idem contra ipsos potiori jure affertur.

6. Qvan-

6. Qvando aliquod scriptum debet praecipuum contra pontificios praestare usum, utile fuerit, ejusdem elogia è scriptoribus ipsis pontificiis, si haberi queunt, loco commodo & praecipue capiti de episcopis & doctoribus inserere.

7. Omni cura in id incumbendum est, ut in his centuriis qvaeqve, qvam fieri potest, exquisitissime & perfectissime explicitentur atqve elaborentur.

8. Qyamobrem utiles huic instituto libri omnes, praesertim historici cujusvis seculi, maximi, minimi, qvotquot eorum parari poterunt, acqvisirendi sunt, etiam, venia data, publicae privataeqve bibliothecae consulendae.

9. Porro literarum commercium cum viris doctis, in primisqve in historia atqve ecclesiastica antiquitate excellentibus, sedulo est fovendum, deqvelibris & rebus aliis necessariis relationes efflagitandae.

10. Qyoniam autem nullus est liber tam absolutus, qvin suos habeat naevos, aut cui non commode addi aliquid possit, consultius omnino erit, si addenda atqve emendanda sese offerant, ea in appendicem colligere vel in sequentem centuriam conferre, qvam opus ipsum eam ob causam dif- ferre.

II. Id qvod etiam tum observandum est, qvando liber aliquis comparari nequit. Nam si ille unus expectandus es- set, tandem universum opus forte differendum aut plane relinqendum foret. Posset autem in praefatione vel loco a- lio commodo memorari, librum illum haberis non potuisse.

12. Loca omnia autorum ex ipsis originibus non è recentiorum citationibus sunt producenda; nisi forte autor ipse comparari non possit. Qyod si accidat, resqve sit magna momenti, de qva qvaeritur, videndum etiam est, qvo ex scriptore testimonium desumatur: consultius namque tum fuerit id è pontificio qvam ex evangelico petere.

D

13. Bul-

13. Bullae, diplomata, canones conciliorum aliaque id genus, integra, si opus est, afferantur, vel, si id satis est, verba, ad propositam rem pertinentia, summa fide excerpantur, locoqve conveniente indicetur, ubi queant reperiri. Qvod si excusa typis vel non sint omnino, vel non sint integra, memorari potest, qvo loco in bibliothecis publicis privatisve invenire liceat. Id qvod de aliis etiam MSS. de raris item libris excusis potest observari.

14. Ad antiquissima qvōqve testimonia maximus est respectus habendus, eademqve reliquias anteferenda sunt, ita, ut hic etiam chronologiae ratio, quantum fieri potest, observetur.

15. Autorum loca vel omnino alio charactere sunt exprimenda, vel certe prima & ultima verba, qvo ab autoris verbis possint discerni.

16. Qvoniam & Abraham Bzovius aliquot tomis annales Baronianos produxit, & alium scopum sibi praefixum non habuit, quam Baronius ipse habuerat, nimirum, ut papalis monarchia stabiliretur, ecclesiaeqve Romanae errores defenderentur aut incrassarentur; huic subinde errata in his centuriis commonstrarere, eodemqve modo cum aliis scriptoribus pontificiis, qvi qvidem alicuius pretii essent, agere liceret,

17. Qvod si controversia una & item altera nimis evasura sit prolixa, licebit eam, qvoad ejus fieri potest, in compendium redigere, deindeqve disputatione aliquva, aliove scripto ventilare prolixius.

18. Fortassis in commodum haut fuerit, ut, si in aliquibus capitibus tractandis methodus praestabilior sit inventa, ea potius quam centuriatorum, adhibeatur; qva de re cum theologis atqve historicis communicare consilia liceat.

19. Ceterum, primum qvodqve centuriae caput, merito totius operis brevem delineationem complectatur, in qvod etiam caput syllabum rerum maxime memorabiliun cujusvis centuriae conferre fas sit.

20. Ca-

20. Caput de tranquillitate & persecutione ecclesiae cum cap. 12. de martyribus una tractari posset.

21. Caput IV. de doctrina in omnibus Magdeburgen-sium centuriis admodum est prolixum. Qvod mea qvidem sententia, brevius paulo posset expediri. Nimirum si doctrinae illae, de qvibus in ecclesia christiana nunquam magnopere certatum fuit, in primisqve eae, in qvas nobiscum pontificii consentiunt, vel plane omittentur, vel parcus certe tractarentur; contra illae, de qvibus cum pontificiis (similiter & cum reformatis sectisqve aliis) lis nobis est, hoc prolixius exigerentur, & ante omnia seculi cujusqve orthodoxia in mediis tenebris papalibus commonstraretur. Qvod si fecerimus, poterimus facile occurrere adversariis, quaerentibus: ubi ante Lutherum vera ecclesia fuerit? Atqve hic proposito loco communi demonstrare licebit omni tempore repertos fuisse, qvi veritatem publice defenserent. Et qvandoqvidem Flacius in catalogo testium veritatis, Philippus Mornaeus in mysterio iniqvitatis, B. Gerhardus in confessione catholica, B. Hopfnerus in Saxonia evangelica, aliiq; multiviri incliti hanc viam nobis praevere, horum scriptis cum fructu utilicebit. Verum, ut supra monuimus, loca omnia ac singula cum cura sunt evolven-dia, nec recentiorum citatis omnis fides est adhibenda.

22. Capite de Haereticis paucis ostendere integrum esset, non paucos haereticos fuisse habitos, condemnata, ipsorum doctrinia, qvi orthodoxi, saltem in aliquibus articulis tum rejectis, fuerint. Id qvod Wiclefus testabitur centuria XIV. aliorum exempla ut omittam.

23. Qvod ad caput de schismatibus & dissidiis aliis attinet, nonnunquam consultius videbitur, suis schismata locis capiti de episcopis & doctoribus inserere & capite de schismatibus ad illa, propositis tamen certis titulis e. g. schisma Moguntinum, Colonense, Magdeburgense; provocare. Atqve hanc inter alias causam habui, in delineatione,

XIV. centuriæ à capite de episcopis & doctoribus incipiendi. Qvod qvidem ipsum caput ad res pæclaras multas manu me duxit, ut merito fundamentum ac fons capitum reliquorum per me audiret.

24. Caput de *conciliis*, qvia canones conciliorum, abunde extant, facilioris operae esset. At qyoniam conciliorum omnium non habemus absolutam historiam, haec potissimum intuenda atqve inquirenda nobis foret. Habitum sane abs Clemente V. concilium Vienense in centuria XIV. materiam nobis dicendi uberem praebebit: in quo cum Templarii qvoqve injuria condemnati, deinde qve misere trucidati sint, Puteano facile ostendemus, & qvam sit, peculiari de causa templariorum edito libro, in hos injurias, qvamqve male Philippum Pulchrum Galliae regem defendendum suscepit. Qvanquam haec res non adeo mira nobis potest videri, qvando qvidem Gabr. Naudeum legimus ipsas qvoqve nuptias Parisinas sangvine cruentatas, sanctas pronunciantem.

25. Capite de *episcopis & doctoribus* aliam secutus sum methodum, ac Magdeburgenses, qvando episcopatus omnes ad suos retuli archiepiscopatus. Id qvod non parum lucis historiae afferet. At cum singulis fere seculis archiepiscopatus sint mutati, qvemadmodum centuria XIV. etiam in Joanne XXII. pontifice appareret, qvippe qvino novos aliquot archiepiscopatus ac episcopatus condidit, uti & Pragensis episcopatus, alias Moguntiaco subjectus, Carolo IV. imperante, archiepiscopatus evasit, brevem harum rerum ac strictam commemorationem capiti de episcopis & doctoribus praemitti, profecto operae pretium esset. Et qvanquam in delineatione mea hujus capitii, tantum nomina, atqve interdum qvaedam historicae quasi stricturae, apparet, tamen ipso in opere historia archiepiscoporum, episcoporum & doctorum, qvanta conquiriri potest, prolixitate à me explicabitur.

26. Ca-

26. Capite de *miraculis & ostentis* diversam itidem methodum amplexus sum, nimurum hanc, ut prodigia, calamitates publicas & id genus alia, positis certis locis communibus subjicerem: Id namq; latius videtur, ac si ea in historia Imperatorum, qvorum sunt tempore gesta, promiscue recenseas. Fecit sane jam Hottingerus in historia sua ecclesiastica ejus rei periculum, sed tamen ego multo jam plura, qvam Hottingerus, centuria XIV. habeo observata, praeter ea, qvæ indies affluent.

27. Caput de *rebus Iudaicis* externis seu politicis commode posset ad Judaismum cap. seqv. de religionibus extra ecclesiam referri.

28. Caput de *mutationibus & motibus politicis*, qvia ad historiam ecclesiasticam proprie non pertinet, paulo brevius possemus expedire, qvam fecere centuriatores. Verum, qvod mutationes & motus politici plerumqve secum in ecclesiam mutationes afferunt, qvodq; in mutationibus politicis admirabilis illa divina providentia valide sese exercit, qvando principatus, regna alia occidunt, alia oriuntur, isthaec potissimum momenta hoc capite nobis ante oculos versari debent.

29. Qvo loco & necessitas efflagitabit ostensionem usus practici, qvemadmodum Deus bene gesta compenset, & male facta vindicet; tametsi usus practicus singulis capitibus sibi locum depositat. Qvem qvidem postremis centuriis Magdeburgensisibus non accurate observatum videmus. Hucusqve P. Sagittarii consilium.

Meditationes istae, qvibus sine dubio curae posteriores, qvaedam vel addidissent vel in iisdem mutassent, satis indicant, non fuisse vanum sine viribus impetum, modo illi non defuisse Philippus Nerius. Professioni historiarum postmodum admotus, animum qvidem non mutavit, attamen ex aliis capitibus se impediri vidiit. Ita enim in sua diatribæ de praecipuis scriptoribus historiae ecclesiasticae in colle-

D 3

gio

gio privato anno M. DC. LXXIX. communicata scribit :
At vero optandum esset, ut aliquis, aut, quia unus homo tanto labore vix sufficerit, plures pii & eruditii viri tam utile opus per reliqua secula ad nostram aetatem continuarent eoque rem facerent ecclesia Dei summe proficiam. Decimae quartae centuriac bonam partem ipse delineavi & varios autores, unde summenda sit materies digesti: elaborationem libenter suscepimus, si majus otium & plura his conaribus affarent presidia. Suppressit vir beatus in introduktione in historiam ecclesiasticā omne illud, qvod olim mente volverat, qvod partim modestiae tribuendū esse puto, partim temporis angustiae, qva se ob instantem vitae finem viderat.
Gebhard. inclusum. Laudavit interea B. D. *Gebhardum Theodorum Me-Theodor. erum*,Juliae hujus ornamentum, meum in munere, qvo nunc *Mejerus.* fungor, antecessorem, quasi jam à compluribus annis, in continuandis centuriis occupatus, &c, ut eo fortius etiam ac felicius in utilissimo opere pergeret, insigni serenissimum ducum Brunsvico-Luneburgensium liberalitate sublevari meritus fuerit. (a) Sed hic ipse vir B. qui per omnem fere aetatem in rerum ecclesiasticarum notitia fuit versatus, praestare aliquid potuisset, nisi omne tempus publicis privatisque lectionibus plurimis, qvibus se subtrahere non potuit, dare debuisset. Requirunt hi ausus, exemplo Baronii id scimus, totum hominem omnemque ejus vitam, ab aliis curis liberam, debitum non destitutam subsidiis & sufficienti bibliothecarum sive editorum sive manuscriptarum apparatus instructam.

Pluri-
um est hic
labor.

Cum ergo unus homo, prout nunc qvidem res nostrae sunt comparatae, tanto laborum moli par esse non possit, ad *Consilium* exemplum illorum, qui primas colegerunt centurias, plures *Hunnii.* in societatem molestiarum coire necessum judicabitur. Omni laude digna sunt B. *Nicelai Hunnii* (a) consilia de instituen-
do

(a) intr. in H. E. c. 13. §. 21. p. 282. (b) Vid. ejus consultatio-
nem anno 1632. editam praecepue p. 532.

do collegio theologico, cui praeter litium, in ecclesia adhuc pendentium, decisionem, sollicita historiae ecclesiasticae cura fuisset demandanda. Utinam illa, in ipsis reformatiōnis initisi, principibus protestantibus quis suppeditasset, non exiguum forte fructum exinde promittere nobis potuissemus. Nostris autem temporibus tale collegium universale ecclesiae nostrae vix ac ne vix qvidem speramus, ut testantur, alia si vel maxime taceam, tentamina illa operosa sati, licet frustranea B. Ernesti Pii Saxoniae ducis. Convocaverat princeps glorioissimae memoriae praeter consiliarios praecipuos & theologos aulicos, trigam virorum, inter coelites nunc versantium, Olearium Hallensem, Musaeum Jenensem, & Tenzelium Arnstadiensem, ut consilia B. Hunnii examinarent & praesente jam pecunia de modis deliberarent, commode illa ad rem deducendi. Variæ erant celeberrimorum horum capitum sententiæ, qvæ tamen, ut olim ex ipsis hujus consultationis actis observavi, in eo tandem conveniebant, hoc rerum statu ab universis confessionis nostræ statibus universale expectari non posse collegium: inchoandum potius esse particulare unius alteriusve principis autoritate, diversis iterum difficultatibus expositum. His sublati, si obtinuisset saltem posterius consilium, facile fuisset collegis istis una fidelia duos dealbare parietes. Certe B. *Georgius Dorscheus*, vir de ecclesia nostra meritissimus, similia G. Dorvidetur ursisse pro cathedra ecclesiastica non duntaxat, sed & schei, peculiari consilio, qvod potentissimo Daniae Regi, de collegio theologiae doctorum & doctorandorum instituendo, dedisse, olim in lectionibus privatis retulit πληυμαθεῖται G. Badius. Qvamvis enim & hujus fuisset labor præcipuus, Baronianos excutere annales ejusque fidem plerumque suspectam eruditis palam exhibere, eadem nihilominus opera centuriarum nostrarum edidissent emendationem, defensionemque. Neque à nostris abludunt illustris *Gerhardi van Mastricht* meditationes, qvarum in ultimo alloqvio, qvo me superiorian-

*Gerh. van
Mastricht
propositum
no*

no dignatus fuit, mentionem injecerat. Meditatur vir excellentissimus novam annalium Baronii editionem conjunctis edendam operis, ita ut notae illis & animadversiones subjiciantur. Hoc ipso qvippe non possent non centuriarum nostrarum, qvibus illos fuisse oppositos supra monuimus, sive correctionem species sive calumniarum abstersionem, aliquæ haberi rationes. Et qvis negabit, qvod alibi etiam me publice indicasse memini, felices esse illas terras, qvas inter & nostras referro, ubi scholæ monasteriorum, interiores sive collegia præcipue adulorum adhuc vident superiorum autoritate. In his profecto labor omnis ita distribui posset, ut sub directione abbatum & præpositorum, non aliter ac olim à primis centuriarum collectoribus fuerat ordinatum, susciperetur & temporis successu perficeretur.

*Nostrum
propof-
tum.*

Cum vero haec omnia possibilia qvidem esse certum habeatur, incertum autem qvando talia in actum sint traducenda, ego partim mei, qvod nunc sustineo, muneris memor, partim ab amicis, qvibus haec sunt curae cordiqve, non ita pridem excitatus, eruditos omnes, qvotqvt his studiis facvent, in laboris societatem vocare volui, qvod B. Chemni- tius olim in Stangewaldo maxumopere probaverat. Qvapropter omnes universae protestantium ecclesiae viros doctos, ea qva par est humanitate, invito, ut posthac unice in nominis divini gloriam & ecclesiae nostrae utilitatem, qvantum illis per alia licebit negotia, suas meditationes dirigant præcipue ad tria qvae seqyuntur momenta. Primum horum erit centuriarum emendatio, cum suos habeant naevos, qvod diffiteri non possumus. Ad idem spectare nemo non videt, ut omissa hinc inde suppleantur. Secundum esse putamus eaurundem defensionem, qvam illis debemus contra irri- fores & obrectatores. Tertium idq; præcipuum erit cen- turiarum continuatio, qvae in XIV. XV. XVI. & XVII. seculis adhuc desideratur. Ad haec capita, si aliqui ex doctis vi-

ris

ris vel olim ab aliis collecta neverunt, vel ipsi qvædam collegerunt, eorundem benevolam communicationem obnixæ ab illis peto. Similiter facient isti, qvi hac scriptione invitiati subinde qvædam notabunt. Si qvibusdam volupe fuerit vel integra capita, ad ductum Magdeburgensium, elaborare, vel illorum partem dntaxat, illi haud gravatim institutum suum mihi indicabunt. Erunt forte & alii, qvi ea suppeditabunt, qvæ statum ecclesiæ regionis, qvam inhabitant, proximus concernunt. Unicuiqve plena conceditur libertas conferendi qvæcunqve voluerit, pro ratione scopi aut officii; cum omnia poterint institutum nostrum & juvare & ornare. Grata semper mente memorabo publice nomina clari- rorum virorum, qvibus singula debemus, ut videat ecclesia, per qvos profecerimus. Qvi fasciculos excerptorum vel documentorum ad me mittere voluerint, eos rogatos vo- lo, ut in nundinis Francofurtensibus & Lipsiensibus eosdem tradant D N. Sustermannio bibliopolæ Helmstadiensi, stu- diis nostris inserviendi promptissimo, vel iis, qvi ejus nomi- ne bibliopolio praelunt. Qvibus vero placuerit literis dun- taxat mecum agere, ut paucis indicent, qvæ vel ipsi manu- scriptorum vel documentorum possident vel alibi legi pos- sunt, illi eas tradant cursoribus vel eorum magistris, & à me pretium omne lubentissime solvetur. Ne deniq; ali- quis vel collectaneis vel meditationibus suis adversa timeat fata, sedulo curabo, ut omnia cum ipsis literis certae arcae includantur, &, si forte humani qvid mihi contigerit, pu- blicae nostrae bibliothecae affervanda tradantur, donec iste eadem acceperit, qvem huic labori parem judicaverint eru- diti. Si vero Deus vitam viresqve mihi concesserit & hu- jus operis fautores primo qvovis tempore ad me miserint, suas lucubrations, curabo, ut centuriae Magdeburgenses, tum antea impressæ, tum adhuc addendæ, ea qva fieri po- test diligentia suo tempore, bono cum Deo, prodeant.


E

Agite

Agite igitur viri omnium ordinum clarissimi, opus strenue suscipite & vestra libenter conferte. Si alia rem omnem suscipiendo ratio vobis succurrit, eam praecipue seqvendam indicate. Hac quoque occasione vindicate sanctae antiquitatis monumenta passim latentia, ne cum tineis & blattis luctari necessum amplius habeant. Interea singulis annis recensionem publicam eorum, quae eruditum mecum communicarunt, paucis instituam, ut illi videant quousque res per venerit, & quid de toto opere sperandum sit. Ego non quaero lucrum, quod in his talibus nullum est, sed quod supra scripti divini nominis gloriam & ecclesiae nostrae salutem. Hunc scopum qui respicit, (omnes autem eruditos id facere credo) nunquam cessabit à studio, quo conatus nostri promoveri possunt. Qui ex alio fine nostra aestumabit, injuriam studiorum meis facit, à me tamen nunquam vindicandam.

Valete & haec sacra feliciter agite. Dabam è museo in
academia JVLLIA ipso aequinoctii die.

A. O. R. MDCC.



B. MARTINI CHEMNITII

de simili labore judicium & pia
desideria.

Tabor erit universae ecclesiae ad omnem posteritatem apprimè utilis, & summè necessarius. Praeter varias enim utilissimas declarationes, praemunientur etiam multa, ne apud posteritatem, si qua Deo clementer juvante, & spiritu suo gubernante, ad gloriam nominis sui futura est, sinistris interpretationibus leviter aut facile in peregrinas sententias, eas quae à viris Dei recte ac utiliter ex verbo Dei hoc tempore tradita sunt, abripi vel detorqueri possint: sed ut praemonstratis certis ducum vestigis, vera, utilis, ac salutariis forma doctrinae, Deo faciem verbi sui per spiritum suum sanctum clementer prae-

E 2 ferent-

ferente, ac benedictionem aspirante, conservari, et utiliter subinde propagari posse, notatis, si qua devia irrepere vellent, quae ratione internosci, ac Deo bene juvante exemplo majorum recte caveri possint. Quae sollicitudo ac circumspetio summe erit necessaria in hac quasi languida aetate senescens, et quae praeterea peculiari quodam fato suo, propter mundi ingratitudinem variis modis premitur et urgetur, ecclesiae: quae de re apud pios ac Deum religiosos timentes non opus erit exquisita aut prolixa oratione.

Singuli etiam, quorum opera interpellabuntur, hand gravatim manus suas auxilia- trices afferent: Non enim unius hominis labor erit, ubi multa ac varia, eaque diligenter consideranda erunt.

Estque Deus orandus, ut spiritu suo principali, sicut Psalmus loquitur, heroicos quorundam animos excitet, ut illustri aliquo praesidio opus tale instituatur, promoveatur ac pertexatur.

Omnes

Omnes denique sinceros theologos et ecclesiarum ministros oramus atque obtestamur, ut suo consilio, studio atque operâ ei adesse, et priorum etiam magistratum suorum favorem, benevolentiam atque opem, quantum ejus fieri potest, ipsi conciliare non dengnentur. Quae in parte et Deo cultum gratum, et afflictæ illius multisq; dissensionibus perturbatae ecclesiae officium utilissimum maximeq; salutare, cum his tum futuris etiam temporibus, omnino præstabunt.

